



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Antonius Abbas. 17. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

gum 2. Voluptas tam commune vitium est, ut artiu
binii penè omnium finis videatur: trahit quemlibet sex-
st ad um, & quodlibet hominum genus. Quia ratione
redu malum tam latè patens vitabis & fugâ duntaxat. Re-
etate cede ab urbe Sodomâ, ne communi pereas incen-
lium dio: si tamen mundi vinculis expedire te non pos-
sis, palam profitere, te hostem esse deliciarum ac
is ta voluptatum ejus.

3. Insatiabilis habendi cupiditas est mudi ty-
rion rannus, diu noctuque ejus explemus mandata. Ob-
eratim le Clementis, fama, sanitati, saluti divitias plerum-
cùm que anteponimus. Quid multa? Aurum Deus est
mundi, tametsi dixerit Christus: Beatos pauperes
esse. Ut cœlestibus bonis potiaris, terrena relin-
quas, affectu certe, si minus effectu. Quia mundus
appetit, Crucem redires; & illis, qua crucem mundus
reputat, toto amore inhareas. Bern.

S. ANTONIUS A B B A S.

17. Januarii.

Si vis perfectus esse, vade, vende
omnia, qua babes, & da paupe-
ribus, & habebis Thesaurum in
Cælo, & veni, & sequere me.
Christus: Matih. cap. 19.

Aegyp:

Agyptius erat ANTONIUS, & domi sua nobilis. In primo aetatis flore mundo moriturus ex asse pauperes heredes scribit subinde victoriis adversus hominum hostes malos genios nobilitatus; ab iis plagis aliquando pessimè acceptus, dum IESVM suum familiariter deinde rogat, ubi id temporis fuerit: adfuisse spectatorem pugnae audit. Tam propè à DEO absimus, etiam cum longè abesse nos putamus. Alias dum mundum aequioribus animi oculis arbitratur, ream esse aucupis videt laqueis undique obstructam: scire percupidus, quis hos effugeret responsum accipit, qui animo demissio esse. Subinde Martyrum pugnis cum Actor ad esse non posset, spectator adfuit & hortato judiciq; sepe in veste candida obvius: mortem nequicquam ambiit, Eremo pugilis sibi depositore. Illic cum ageret, à Constantio filiusque Imperatoribus perspecte litteris salutatus, vicissim eos officii sui commonefecit, & à suo ad divinum tribunum crebro iussit advertere. Natus annos C. V. ista suis suggestit documenta: Viveret quotidie morituri, quotidie melioris animi proposita novarent, IESVM assidue suspirarent, hoc nomine clypeo in hostem u

ren-

1060) 43. (ode)
rentur, hæreticorum familiaritatem fugien-
do effugerent. Sub hæc mortuus anno à
partu Virginis CCCLVIII, vita præconem
magnum Athanasium habuit, uti & hære-
dem pallioli sui laceri quidem & detriti, sed
quod virtutem sciret tegere. Ex s. Athanasi.

MEDITATIO

In vitam S. Antonii.

1. Antonius fugit, & alpernatur mundum, ut
voeantem Deum sequatur, generosè qui-
dem ille, omnino, sine morâ, atque in ipso æta-
tis flore. Quoties audivisti ea ipsa verba, que
traduxerunt Antonium ad perfectiorem vivendi ra-
tionem? Quoties secretiorem Domini vocem in-
tellexisti? obdurasti cor tuum. Manes in sæculo:
amas sæculum, quod te curis, & anxietatibus tam
male habet: Turbat me mundus, & ego eum diligo:
quid si non turbaret? Aug.

2. Mundus sequitur Antonium, in eremum fu-
gientem, voluptatum, divitiarum, honorum adhi-
bet illecebras, utitur blanditiis, minis, illusioni-
bus, tormentis ut extrudat eum ex solitudine: sed
qui mundum in mundo vicebat, eundem in eremo
facilius superavit. Humilitate, Oratione, Auste-
ritate, Invocatione JESU tentationes quasque de-
bellavit. Cave, ubique tentationes, ubique Dr-
mon, ubique Caro.

3. Par pari mundo referre voluit Antonius ; ve
nerat in solitudinem adversarius , ut eum aggredie
retur ; Sanctus vicissim in ejus castra irruptit , in
mundum quippe ad tempus rediit , ut martyribus
animos faceret , & nutantes in fide Christianos con
firmaret . Viri pij ! solitudo , & suavitas orationis
nonnunquam relinquenda est animarum causâ ,
exemplò S. Antonii cùm verbis , tum factis adver
sus mundum depugnetis.

S. PRISCA VIRGO ET MARTYR.

18 januarij.

*Nolite timere eos, qui occidunt cor
pus , animam autem non possunt
occidere : potius timete eum , quia
potest & animam & corpus per
dere in gehennâ . Christ. Mat. 10.*

Etiam ab imbelli columba suam ex
mari ferociam doluit Claudio Tyran
nus ; eoqué vehementius , quod annis & a
mis potens , hostem nactus esset fortitudin
& constantiam superiorem . Nunquam turpiter
ūs cecidit , quam quando cum inermi im
paribus armis certavit . Fuit furoris ejus
scopus natura